



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De eruditione christifidelium

Herolt, Johannes

Colonie, 27. X. 1496

Ut[rum] ad remissione[m] venialium requirat[ur] [con]tritio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30784

De peccatis

ne quo nō possumus sine intentū conse-
qui. et hoc modo necessarium est quod homo de
venialibus penitentiam agat: si ei remitti debe-
ant in hac vita. Sed secundum hoc non proprie di-
citur teneri aliquis ad aliquid. et ideo dicendum
est quod homo non tenetur ad penitentiam venialium
nisi large sumendo. scilicet si ei in presenti vita re-
mitti debeant. **Utrum** veniale possit dimitti
si voluntate manente. **Ad illud** respondeo secundum
Thomam. ubi supra: non potest tolli culpa nisi
reordine voluntas. que reordinari non
potest quod diu in ipsa deordinatione manet.
aliter enim duo opposita simul. et ideo nul-
lo modo veniale dimitti potest quod diu vo-
luntas ad illud manet. **Utrum** ad re-
missionem venialis requiratur contritio?
Respondeo secundum **Thomam**. ubi supra. Pec-
catum veniale non remittitur quod diu voluntas
manet in illo: ut iam dictum est. **Ipse** au-
tem recedere voluntate ab eo quod prius
volebat est displicere ei quod voluit. Et
talis displicentia quam est gratia informata di-
citur dolor contritionis. Et ideo veniale sine
contritione tali non dimittitur. ergo propter de-
bemus de venialibus quorum memoriam ha-
bemus. et de obliuiscitis in generali de quibus
non recordamur. **Utrum** homo teneatur
confiteri venialia peccata? **Respondeo** secundum
Thomam. ubi supra. Confessio ad hoc est ne-
cessaria ut penitens satisfactioem accipiat
aut secundum modum delicti: peccato autem veniali
non debet pena taxata. quia pena illa esset
proportionata pene peccati mortalis. a quo
peccatum veniale in infinitum distat. **Unde**
per solam correctionem interiorum peccatum veni-
ale remitti potest. **Sed** an semel in anno te-
neatur confiteri qui non habet nisi venialia
dicunt quidam quod in hoc casu propter precep-
tum ecclesie tenetur venialia confiteri. **Alii** au-
tem dicunt: quod sufficit quod representet se sacer-
doti et se immunem a peccato mortali ostē-
dat. ut ad communionem admitti possit.
Preceptum enim est ad obligandum illos qui
habent aliqua que confiteri debent. vnde
si alicui per gratiam collatum esset ut a pecca-
to veniali immunis esset sicut beate pater

ni est collatum non tenetur ad illud preceptum.
Utrum peccatum veniale possit remitti
sine mortali? **Respondeo** secundum **Thomam**. ubi su-
pra. Remoto potest remoueri et posterius.
nec posterius restituit nisi priori restitu-
to. feruor autem charitatis cui veniale oppo-
nitur est posterior ipsa charitate. vnde quod diu
ipsa charitas non restituit. scilicet per dimissionem
peccati mortalis: nec feruor charitatis
reparari potest in qua reparatione consistit
peccati venialis dimissio. et sic non dimittitur
ei veniale cui mortale non dimittitur.
Et notandum quod differentia est inter dimis-
sionem peccati mortalis et venialis. quia vnde
mortale non dimittitur sine alio. ergo si deus
remittit tibi vnde peccatum mortale: tunc
remittit tibi omnia peccata tua mortalia
etiam si mille haberes peccata mortalia.
Non enim potest deus dimidiare gratiam suam ut
dimittat partem: et partem non dimittat. **Unde**
dicitur **Deuteronomio xxxij**. Dei perfecta sunt opera.
Et hoc quod legitur in euangelio: quod torus
hominem saluum fecit in sabbato. vnde? **Lar-**
ga dei pietas veniam non dimidiabit. **Aut**
totum aut nihil relachrymante dabit.
Sed vnde veniale bene dimittitur sine alio:
et ratio est. quia non habet connexionem ad in-
uicem ex parte auersionis sicut mortalia.
quia in eis nulla est auersio a deo. sed chari-
tas manet. et gratia dei stat cum veniali
peccato. sed non cum mortali.
Peccata venialia octo modis dimittuntur.

Venialia peccata per que dimittuntur
et quot modis? **Respondeo** octo mo-
dis. **Primo** per confessionem gene-
ralem que fit publice cum multis. ut fit com-
muniter post predicatorem. et etiam aliter. **Et**
ista confessio habet efficaciam ad remissionem
venialium ex tribus. scilicet ex contritione con-
fidentis. et ex humilitate confessionis. ergo
cum humilitate genua flectere debes et
caput humiliter inclinare quando dicis ta-
lem confessionem generalem. **Tertio** ex oratione
sacerdotis que dicitur super populum. **Disce**
recitare vestri operis deus. **Ergo** interim quod